



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1563 usque ad annum 1566

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1772**

**VD18 90118626**

§. 54. Controversia inter Franciscanos circa confessionem.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67192](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67192)

torum, cum illa verba: *Quorum remi-* Sæcul. XVI.  
*seritis peccata, remittuntur eis, demon-* A.C. 1565  
*strent, quod hæc remissio etiam recon-* Joann. 20.  
*ciliatio[n]is Sacramento fuerit attributa.* v. 23.

§. LIII.

*Tractatus de forma Baptismi.*

Ceterum prior tractatus admodum brevis erat, magis tamen adhuc succinctus est ille, quem de Baptismi forma conscripsit, in quo Badius resellit illos, qui ab Apostolis quandoque Baptismum in solo Christi nomine administratum fuisse affirmant: unde paucis demonstrat, quod Sanctus Ambrosius hanc sententiam non tradiderit, eaque a summis Pontificibus fuerit damnata, ideo hi, ne Baptismus per solius Nominis Christi invocationem conferatur, admodum sollicite prohibuerunt, atque ex adverso præcepserunt, ut nunquam nisi in nomine trium Divinarum Personarum administraretur.

§. LIV.

*Controversia inter Franciscanos circa confessionem.*

Sub idem tempus exarserat acerrima Bajan. 2. p.  
inter Minores Belgicæ Provinciæ operum p.  
Frates contentio circa contritionem, 194. & 195.  
Hist. Eccles. Tom. XLVII. Hh sua-

**Sæcul. XVI.** suaque peccata confitendi necessitatem,  
A.C. 1565. & circa Conceptionem Beatissimæ Virginis: nonnulli enim ex ipsis censebant, quod negata ex suo ordine cujusdam, cui sua peccata confiteri possent, Confessarii copia, rem divinam peragere valeant absque prævia confessione, et si ebrietatis, fornicationis, aut publici etiam criminis rei essent, porro hanc quoque opinionem suam emergente casu in usum deducebant: insuper etiam in pluribus scriptis propugnabant, quod confitendi propositum unacum contritione ad peccatorum suorum remissionem sufficiat, quando a noxarum confessione excusati sunt ex rationabili caussa, hanc autem esse putabant difficultatem nanciscendi Confessarium sui Ordinis.

## §. LV.

*Propositiones ex Baji libris excerptæ, atque ab ejus adversariis ad Hispaniæ Regem transmissæ.*

*Bajan. p. 195* Hæ opiniones cum in usum deducuntur, indies majorem morum corruptionem inducebant, ac continua Sacramentorum profanatio inde sequebatur: Bajus vero harum opinionum fallitatem, nec non periculosos effectus, qui inde sequerentur, detegebat; interim ipse.